

Ablativo assoluto

L'ablatoivo assoluto di solito viene messo in risalto dalle virgole:

Conditā civitate,...

Caesar, occupatā Galliā,...

Se c'è il participio presente si traduce col gerundio presente:

Pugnantibus militibus,...

Combattendo i soldati,...

ROMANI VINCIUNT

VICERUNT

Se c'è il participio passato si traduce col participio passato o col gerundio passato:

Mortuo Numa Pompilio,...

(Essendo) morto Numa Pompilio,...

Si tenga presente che il sostantivo o il pronome posto in ablativo è il soggetto della proposizione resa con l'ablatoivo assoluto.

Dopo aver ben compresa l'espressione, è consigliabile renderla con una proposizione temporale, causale o concessiva a seconda del senso.

A) Esercizio di traduzione dal latino

- 1 Conditā civitate, quam ex nomine suo Romam vocavit, Romulus haec fere (= all'incirca) egit. 2 Senatoribus regnantibus, annus unus completus est. 3 Accepto omni patrimonio suo, Tarquinius Collatinus ex urbe migravit. 4 Tarquinius, collectis multis gentibus, ut in regnum posset restitui dimicavit. 5 Commissa mox pugna, Pyrrus elephantorum auxilio vicit. 6 Interiecto anno, contra Pyrrum Fabricius est missus. 7 Perditis sexaginta quattuor navibus, Hamilcar retro se recepit. 8 Multis castellis vastatis, Manlius victor Romam rediit. 9 Scipio victor recedit, paene ipso Hannibale capto. 10 Antonius, amisso exercitu, confugit ad Lepidum. 11 Constantio mortuo, Constantinus creatus est imperator. 12 Fabricius sollicitari non potuerat, quarta regni parte promissa (val. concessivo). 13 L. Manlio Vulsone M. Atilio Regulo consulibus, bellum in Africam translatum est (da transfero). 14 P. Sulpicio Cn. Fulvio consulibus Hannibal usque ad

quantum miliarium Urbis accessit, equites eius usque ad portam. [15] Pompeio duce, senatus contra Caesarem bellum paravit.

(da EUTROPIO)

[16] Scipionis victoriis auditis, omnis fere Italia Hannibalem deserit. [17] Hannibale veniente ad Africam, pax turbata est. [18] Poenorum legati a Romanis capti sunt sed, iubente Scipione, dimissi. [19] Caesar evasit (= *riuscì a trovare scampo*) quia, nocte interveniente, Pompeius sequi noluit (da *nolo*). [20] Antonius ingens bellum civile commovit, cogente uxore Cleopatra. [21] Is status erat Romanae rei Ioviano et Varroniano consulibus. [22] Operam dante Petronio Secundo praefecto praetorio, Nerva imperator est factus. [23] Transacto Punico bello, secutum est Macedonicum. [24] Transacto bello Macedonico, secutum est Syriacum contra Antiochum regem, P. Cornelio Scipione Manio Acilio Glabrione consulibus. [25] Contra Pompei legatos commisso proelio, post multas dimicationes victor fuit Caesar. [26] Caesar, bellis toto orbe compositis, Romam rediit (da *redeo*). [27] Antonius, repudiata sorore Caesaris Augusti Octaviani, Cleopatram, reginam Aegypti, duxit uxorem. [28] Antonius fugit in Aegyptum et, desperatis rebus, ipse se interemit. [29] Bellis toto orbe confectis, Octavianus Augustus Romam rediit. [30] Nero parricidia multa commisit, fratre, uxore, matre interfectis.

(da EUTROPIO)

¹ Nota l'enunciazione dei nomi dei consoli senza congiunzione, come di norma quando sono accompagnati dai prenomi. Nota pure la forma di ablativo assoluto con i soli sostantivi.

Ricorda che si può usare la costruzione dell'**ablativo assoluto** dall'italiano quando si verificano le seguenti condizioni:

1) i soggetti devono essere diversi (il soggetto dell'ablativo assoluto, cioè, deve essere diverso dal soggetto della reggente):

Vinti i nemici (= essendo stati vinti i nemici), Cesare tornò nell'accampamento.

2) nella proposizione reggente non ci deve essere nessun legame grammaticale con l'ablativo assoluto:

Scoppiate delle guerre, Romolo le vinse tutte.

mentre, al contrario, ci può essere nell'ablativo assoluto un legame con la reggente:

Scoppiate delle guerre contro di lui, Romolo vinse tutti i nemici.

3) col participio presente si possono usare tutti i verbi; col participio passato si posso-

219. De Lucretiae virtute

Cum Ardea, Rutulorum oppidum, a Tarquinio Superbo iamdiu obsidione cingeretur cumque bellum diutius produceretur propter oppidanorum virtutem et munitionum magnitudinem, a filiis Tarquinii eorumque amicis tempus saepe conviviis terebatur.¹ Inter pocula disseri solebat de multis variisque rebus. Apud quos cum olim forte cenaret Collatinus, sermo incidit de uxoribus suamque quisque magnis laudibus extollere coepit. Tum Collatinus: "Cur frustra verbis certamus? Conscendamus equos, ut ipsi invisamus quid ab uxoribus nostris agatur". Nulla interposita mora² equos conscendunt, domos suas contendunt: regiae nurus in conviviis deprehenduntur,³ Lucretia, Collatini uxor, oculis occurrit lanae dedita cum ancillis. Huic igitur praecipua laus muliebris virtutis tributa est.

¹ tempus... terebatur: «il tempo veniva trascorso». ² Nulla interposita mora: «Senza frapporte alcun indugio». ³ deprehenduntur: «vengono sorprese».

220. De antiquorum poetarum cultu

Apud antiquos poetae putabantur interpretes et quasi nuntii deorum: communis omnium opinio erat illos a diis ipsis hominum generi donari non solum ut animi carminum suavitate delectarentur, sed etiam ut mentes excitarentur ad notitiam et cultum deorum, ad patriae caritatem, ad memoriam fortium virorum, ad certamina virtutis et ingenii. Celebrati sunt praecipue a Graecis Homerus, Pindarus, tragoediarum scriptores;¹ a Romanis Lucretius, Catullus, Vergilius, Horatius. Scimus Pindarum non solum summum lyricorum poetarum ab aequalibus et a posteris iudicatum esse, sed gratissimum Apollini ipsi fuisse. Saepe igitur ad cenam invitabatur a sacerdotibus in Delphicum templum: nam, sacris factis, ei quoque dabatur pars donorum quae a sacrificantibus Apollini oblata erant.² Narrant etiam Pana, pecudum deum, carminibus Pindari delectatum esse eaque in silvis cecinisse. Nec nostra aetas antiquis admiratione cedit; itaque affirmare possumus hunc poetam sublimitate sententiarum verborumque splendore longe³ praeclarum semper celebratum iri.

¹ Homerus... scriptores: nel tradurre tieni presente che Omero e Pindaro non hanno scritto tragedie, quindi rendi *scriptores* come soggetto e non come apposizione. ² oblata erant: da offero. ³ longe: «di gran lunga»; rafforza il superlativo *praeclarum*.

221. De libris Sibyllinis

Pertinuit ad¹ quindecim viros libros Sibyllinos magna cum diligentia custodire eosque ex senatus consulto² adire,³ si qua calamitate⁴ res publica laboraret⁵ vel si quod periculum⁶ impenderet, tum senatui quae legissent referre. Quibus libris hanc originem fuisse tradunt.⁷ Sibylla Cumana, regnante Tarquinio Superbo, Romam venit regique novem libros multarum